

Littera Capituli Gneznenensis.

Nos Capitulum Ecclesie Gneznenensis, 25  
notum facimus, quibus expedit universis, ha-  
rum nostrarum serie litterarum et publice  
recognoscimus, quod serenissimus princeps  
et Dominus noster dominus Vladislavus Dei  
gratia rex, Poloniae consideratis, et diligens  
attentis nostris incommodis defectibus, atque  
dampnis in villis Capituli nostri Gneznenensis  
per nos perpejus, quas quidem villas capita-  
li ipse dominus noster rex, per dominum  
Sandzivogium palatinum Kalisiensem,  
et protunc capitaneum Poloniae generalem,  
venerabili fratri nostro Domino Nicolao Strosby  
preposito Gneznenensi de sua mera liberali-  
tate, et alias, quovismodo dare, tradere  
et assignare mandaverat, ipsasque villas  
vigore hujusmodi mandati, hactenus ipse  
Dominus prepositus possiderat, cupiens salu-  
briter communem utilitatem, speciali pre-  
ferre utilitati, omnes et singulas villas  
capituli, quas ipse dominus Nicolaus  
Strosberg, prepositus habuit, tenuit, et pos-  
sedit, ut prefertur, similiter per nos tenen-  
das, usufruendas propter residentiam circa  
ipsam ecclesiam Gneznenensem faciendam, et  
ut cultus divinus in ecclesia Dei augeatur  
cum earum omnibus et universis redditibus  
et proventibus de sua regia majestate in  
integrans



101  
integrum restituit, et restitui, fecit, et  
mandavit. Super qua quidem restitutione  
et reintegratione villarum, ab ipso Domi:  
no nostro rege non recedendo, sed potius  
ei inherendo et assistendo nos ipsius Defensio:  
ni, et tuitioni subijcimus, secumque stare  
lotis viribus promittimus. In cuius rei testi:  
monium sigillum nostrum est presentibus  
subappensum, Actum et datum Inzana  
Sabbato in vigilia Pentecostes, Anno Domi:  
ni millesimo quadringentesimo primo.

Ja Kopia przepisana z Bryginatu  
pargaminowego Dnia Cosnego mie:  
sica Styxina. Roku Damskie:  
go 1785. u Ktorego Dotu wisi na:  
Zawiasce pargaminowej pieczęc.